Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26055
Copyright: Admont, Benediktinerstift

aliud in quo speres. Si ubi omnia potest. Quid facilius dicam. Attamen ne
huiusmodi dicam intelligas uolo. Si decernit saluare nos. continuo lube
rabimur. si uiuificare placuit. uita in uoluntate ei est. si prima cena lar
giri. licet ei quid uelit facere. An iam de facilitate non dubitas. Si ipsa
iam est suspecta uoluntas. Plane ex uoluntatis testimonia. credibilia fac
ta sint nimis. Maiorem hac dilectionem nemo habet. quam ut animam suam po
nat quis pro amicis suis. Denique quando in se spem desit habitus illa ma
iestas. quem tam studiose monet in se sperari. Plane non relinquit spem in se.
Adiuuabit eos aut exhibebit eos. et saluabit eos a peccatoribus. Quare.
Quibus minis. Audi quid sequitur. Quia speuerunt in eo. Dulcis causa. at
tamen efficax. attamen infrangibilis. Iniuriam hec est iustitia. sed ex fide
est non ex lege. De quacumque inquit tribulatione clamauerint ad me exaudiam
eos. Ecce numera tribulationes. sed in multitudine earum consolationes
ei letificabunt animam tuam. dum non ad alia conuertaris. dum non clames ad eum.
dum non in eum speres. nec humilio aliquid uel timeas. Si altissimum ponas refugi
um tuum. Quis speuit in eo et confusus est. Facile est celum et terra transire.
quam ubum ei euacuari. Altissimum inquit posuisti refugium tuum. Non
accedet illuc temptator. non calumpniator ascendet. non pessimus ille
frum accusator attinget. Nempe et dicit hoc. recolite psalmum primordia.
et dicit quia in precatione altissimi commorat. illuc refugiens a pusillanimi
tate spei et tempestate. Que quidem duplex est. necessitas fugiendi. quid uide
licet et foris pugne. et intus timores. Minus enim fugere oporteret. si ut
interior magnanimitas exterioris tumultus uirtute sustineret. ut exterio
ris inquietitate pusillanimitas prima foueret. Altissimum ait posuisti
refugium tuum. Sepe illuc fugiamus fis. munitus est locus. nullus
illuc timet hostis. Vtinam magis semper ibi manere liceret. si non est
hoc temptis hui. Quid non refugium est. quindoque habitaculum erit. et habi
taculum sempiternum. Interim tamen et si persistere non conceditur. frequenter tamen
est recurrendum. Nempe ad omnem temptationem. ad omnem tribulationem.
ad omnem denique cuiuscumque modi necessitatem. apta nobis est urbs